



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Družbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Družbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias  
Examini Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,  
præsertim Religiosis accommodatum

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066413**

Industria XVIII. Ratio utendi prædictis Examinibus, & simul fere omnium  
Examinum compendium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45441**

omnia attribuam, proque omnibus gratias agam,  
& apud ipſum depoſita relinquam, ſolumque  
me nudum, ac puro nihilo veſtitum retinebo.

## INDUSTRIA XVIII.

*Ratio utendi prædictis Examinibus, & ſimul fere  
omnium Examinum compendium.*

**H**Abebit nonnemo, præmiſſa hæcenus Exa-  
mina uſurpare cupiens, difficultatem ex eo  
capite non levem, quòd in tanta ſeu Examinum  
varietate, ſeu capitum in Examinibus contento-  
rum multitudine, non facilè inventurus ſit mo-  
dum, quo iis cum ſatiſfactione utatur. Huic in-  
commodo bifariam præſens Induſtria medetur.

Primò enim ad dictam difficultatem minu-  
endam, commodum erit, ut negotiator ſpiritua-  
lis certa ſibi tempora ſive in diem, ſive in hebdo-  
madam, ſive etiam in menſem aſſignet, quibus  
ex propoſito, quopiam ex dictis examine utatur,  
quantùm natura cujuſque exigit. Sunt enim  
quædam quibus non erit opus quotidie uti, ſed  
pro libitu, nunc hoc, nunc illo genere Examiniſ  
occupari licebit. Tale eſt, quod prima Induſtria  
ad normam Sancti Patris IGNATII præſcribit.  
Tale & illud, quod vulneribus Chriſti eſt ac-  
commodatum. Talia & illa, in quibus homo  
aut ſe coram Deo, aut ab ipſo veluti Deo judi-  
catur. Sunt verò quædam quæ ſingulis diebus  
ſalubriter uſurpabuntur, ſi certum & commo-  
dum tempus habuerint. Tale eſt contrapofitio-  
nis. Tale de fontibus defectuum. Tale de In-  
novatione fervoris. Tale de occaſionibus virtu-  
tum. Tale de gratiis excitantibus. Tale cenſo-  
rium.

rium. Sunt etiam quædam servitura Mensibus, hebdomadisve singulis, pro cuiusque placito. Sunt denique horis quidem singulis accommodata; eadem tamen aliis temporibus servire nullo negotio, nonnullâ utilitate possunt. Atque hic primus modus est prædictæ difficultati, in usu horum Examinum, occurrendi. Alter est, ut si cui fortè gravis erit, etiam hæc ipsa Examinum ad certa tempora revocatio, atque designatio, is utatur hoc sequenti Examine, quod veluti compendio quodam omnia ferme prædicta complectitur. Dividitur autem in duo summaria capita. Quorum unum complectitur ea, quæ sunt homini spirituali, in quotidianis vitæ occupationibus vitanda. Alterum continet ea, quæ sunt eidem spirituali homini facienda, & prosequenda.

*Ratio Examinis faciendi super ea, quæ sunt vitanda homini spirituali, in vitâ suâ quotidiana.*

PUNCTUM I. & II. Consuetum.

PUNCTUM III. Habebit Capita sequentia.

*I. Ex parte Dei.*

1. Defectus Intentionis, eò quòd abfuerit, vel non pura fuerit, immista priorum quæstioni, jam antiqua, & ideò frigida, modicæque aut nullius virtutis, fortè, etiam jam interrupta, & vitata interventu novæ Intentionis prævæ.
2. Ignoratio & oblivio Dei præsentia, neglectusque statuendi se in ejus conspectu, tum verò irreverens & indigna oculis Dei, coram Deo permansio, operatioque.
3. Occultus intuitus magni apud Deum meriti

G. Dree  
 bicki  
 Operi asce  
 Tomus I.  
 N: V  
 58

riti in operibus, quem ſtatim ita, Domine, ex nunc pro ſemper removeo coram Te, ut nihil à Te mereri velim, niſi quod, & quia vis Tu, Te autem ſolum, & guſtum placitumque tuum propter Te intendo.

4. Vitatio confuſionis, & inde occultatio defectuum confuſivorum, (etiam in confeſſione) apud Superiores, & apud alios.

5. Elevatio & excuſatio defectuum, tam apud me, quàm apud alios.

6. Diſſimulatio Gratiarum Dei excitantium ad bona, & bene agenda, imperfectioneſque vitandas, Gratiarum item convincentium intellectum, & accendentium affectum diſſimulatio, dilatio, ac per hoc abjectio, idque vel ex anguſtiâ cordis puſilli, vel ex reſpectum adoratione, vel ex fuga moleſtiæ externæ, vel ex inordinato ad quid vilius, ad commodiorem vitam affectu, vel quòd non ſit præceptum.

7. Facilitas in propoſitis deſerendis, præſertim verò ac præcipuè in designationibus, quæ primo intuitu occurrentes, sæpè ſolent eſſe meliores omnibus ſequentibus, & neſcio quid de Divinæ Sapientiæ luce habent, quas proinde deſerere, aut mutare temerè non expedit.

2. Ex Parte ſui - ipſius.

1. Infrigidatio Devotionis ac fervoris ex neglectu ordinis temporum, & actionum, ex fermentatione, & effuſione affectus, & dilatione recollectionis. 2. Impræviſio agendorum, & incidentium, unde factum ſit, ut improvifa, improvifò ingruerint, etiam perturbaverint, & rapuerint. 3. Fuga laboris, conatùs, mortificationis in opere

G 3

21  
21  
21

enſibus  
placito  
ommo  
ire nul  
Atque  
ltati, in  
er eſt, ut  
Exami  
deſig  
quod  
prædi  
o ſum  
itur ea,  
is vitæ  
net ea,  
nda, &  
vitanda  
a.  
entia.  
fuerit,  
quæſi  
æque  
rupta,  
æ.  
egle  
tum  
oram  
ame  
riti

rium. Sunt etiam quædam servitura Mensibus, hebdomadisve singulis, pro cuiusque placito. Sunt denique horis quidem singulis accommodata; eadem tamen aliis temporibus servire nullo negotio, nonnullâ utilitate possunt. Atque hic primus modus est prædictæ difficultati, in usu horum Examinum, occurrendi. Alter est, ut si cui fortè gravis erit, etiam hæc ipsa Examinum ad certa tempora revocatio, atque designatio, is utatur hoc sequenti Examine, quod veluti compendio quodam omnia ferme prædicta complectitur. Dividitur autem in duo summaria capita. Quorum unum complectitur ea, quæ sunt homini spirituali, in quotidianis vitæ occupationibus vitanda. Aterum continet ea, quæ sunt eidem spirituali homini facienda, & prosequenda.

*Ratio Examinis faciendi super ea, quæ sunt vitanda homini spirituali, in vitâ suâ quotidiana.*

PUNCTUM I. & II. Consuetum.

PUNCTUM III. Habebit Capita sequentia.

I. *Ex parte Dei.*

1. Defectus Intentionis, eò quòd abfuerit, vel non pura fuerit, immista priorum quæstioni, jam antiqua, & ideò frigida, modicæque aut nullius virtutis, fortè, etiam jam interrupta, & vitata interventu novæ Intentionis prævæ.

2. Ignoratio & oblivio Dei præsentia, neglectusque statuendi me in ejus conspectu, tum verò irreverens & indigna oculis Dei, coram Deo permansio, operatioque.

3. Occultus intuitus magni apud Deum me-

riti

G. Dree  
 bicki  
 Operi asce  
 Tomus I.  
 N: V  
 58

riti in operibus, quem ſtatim ita, Domine, ex nunc pro ſemper removeo coram Te, ut nihil à Te mereri velim, niſi quod, & quia vis Tu, Te autem ſolum, & guſtum placitumque tuum propter Te intendo.

4. Vitatio confuſionis, & inde occultatio defectuum confuſivorum, (etiam in confeſſione) apud Superiores, & apud alios.

5. Elevatio & excuſatio defectuum, tam apud me, quàm apud alios.

6. Diſſimulatio Gratiarum Dei excitantium ad bona, & bene agenda, imperfectioneſque vitandas, Gratiarum item convincentium intellectum, & accendentium affectum diſſimulatio, dilatio, ac per hoc abjectio, idque vel ex anguſtiâ cordis puſilli, vel ex reſpectum adoratione, vel ex fuga moleſtiæ externæ, vel ex inordinato ad quid vilius, ad commodiorem vitam affectu, vel quòd non ſit præceptum.

7. Facilitas in propoſitis deſerendis, præſertim verò ac præcipuè in designationibus, quæ primo intuitu occurrentes, sæpè ſolent eſſe meliores omnibus ſequentibus, & neſcio quid de Divinæ Sapientiæ luce habent, quas proinde deſerere, aut mutare temerè non expedit.

2. Ex Parte ſui - ipſius.

1. Infrigidatio Devotionis ac fervoris ex neglectu ordinis temporum, & actionum, ex fermentatione, & effuſione affectus, & dilatione recollectionis. 2. Impræviſio agendorum, & incidentium, unde factum ſit, ut improvifa, improvifò ingruerint, etiam perturbaverint, & rapuerint. 3. Fuga laboris, conatùs, mortificationis in opere

G 3

21  
21  
21

enſibus  
placito  
ommo  
ire nul  
Atque  
ltati, in  
er eſt, ut  
Exami  
deſig  
quod  
prædi  
o ſum  
itur ea,  
is vitæ  
net ea,  
nda, &  
vitanda  
a.  
entia.  
fuerit,  
quæſi  
æque  
rupta,  
æ.  
egle  
tum  
oram  
ame  
riti

opere aliquo futura, cum tamen operis susceptionem rectior ratio diceret. 4. Languor mentis & mollities, ex eaque ommissio alicujus vel exercitii interni, vel mortificationis externa vel operis utilis, ob vivacius, quam res erat, apprehensam virium corporis insufficientiam, vel alienam censuram, aut fugillationem. 5. Quæsitio mei, & propriorum commodorum occulta quidem, sed tamen maculans mentem, & intentionem operis, ac ad inutilem condescensionem, commiserationemque super me, meipsum inclinans: 6. Inconstantia in propositis, & observationibus temporum, actionumvè, solennitatum Ecclesiæ, propriis, mensuris, annuis, ob causas exiles, transferibiles, vel prorsus amovibiles, si adesset efficacia voluntatis. 7. Dilatio de hora in horam, de die in diem, quæ tamen expediens esset, statim perficeré. 8. Assumptio, & peractio rerum debitarum ex vi status vel officii, vel propositi, nullo alio fine & fructu, nisi ut conscientia clamaturæ os obstruatur, ne sit opus confiteri, aut punire. 9. Defectus silentii non tantum cum aliis, sed etiam cum me ipso, ut sit, cum ravior indignatione, ex aliquare, non succedente, contranite, vel cum loquor absentibus tanquam presentibus, arguens, respondens, accusans, excusans &c. 10. Cogitatio de futuris (fortè non futuris) quasi futuris, circa me, vel alios, contrapuitatem resignationis. 11. Censurativi imperus, de aliorum dictis, factis, visis à me, vel ex alio cognitis. 12. Non evitatio, occasionum, maxime cum certis personis, temporibus, locis, materiis, circumstantiis, in quibus expertus sum me lapsum sapius, & labilem esse, ac liberum, in  
exami-

Dr. C. C.  
Bicki  
Operi  
Tomus I.  
N. V.  
88

examinandiſ aliorum talentis, factis, dictis, conſiliis, moribus, cum parva refrenatione linguæ, cum cenſura, cum motu vindictæ, aut ſaltem memoria offenſæ acceptæ. 13. Occulta Cupido ſciendi, quid alii ſentiant de me ipſo, deque meis rebus, dictis, ſcriptis, moribus, officiis, functionibus. Item vel elatio vel dejectio, & amaritudo nimia, ex judiciis, ſermonibusque, (præſertim delationibus) in alterutram partem. 14. Nimia ſolicitudo, res officiaque quàm optime faciendi, aut ſaltem quod ita fecerim, apud alios opinionem habendi, idque non intuitu Divinæ gloriæ, vel perfectionis ac ſalutis meæ, vel proximi, vel famæ communis, ſed ne jacturam faciam boni privati nominis. 15. Juſtificatione mei apud meipſum, quòd defectus iſte, vel ille, non ſit defectus, quod factus rationabiliter. Item quòd aliis ſit ejus cauſa. Item quòd contra nullam ſit obligationem, regulamve factus. 16. Propria designationes, quæ ſi ſecus ac designavi, eveniant, etiamſi ex juſtâ, ac ex meliore, quàm meum fuit, conſilio, aut fine, turbor, & indignor. 17. Inhæſio tenax diſpoſitionibus, intentionibusque meis, quibus obicem poni, ita ut cogar mutare, omittere, differre, transferre, interrumpere, indignor, charitatem fraternam lædo, amaroque vultu excipio, importunos, indiſcretos, voce, ſigno, mente, appello, & ut tales, contriſtatos, neque contentos expedio. 18. Ex non ſervato temporum, & actionum ordine, ex impenſo inutili occupationi, majori quàm par erat tempore, ex dilatione: conjectio mei in anguſtias, unde omiſſio, feſtinatio, præcipitatio, negligens & perfunctoria, & confuſa actio, operis incumbentis



bentis. Vel è contra, præpropæra anticipatio, festina expeditio, inordinata ex metu non suffe-  
cturi temporis, præmaturaque transactio, cum  
neglectu solitarum observationum. 19. Amari-  
tudines animi ex apprehensionibus, recoctioni-  
bus malorum, injuriarum, impedimentorum,  
molestiarum, præsentium, vel præteritarum, ex  
præfagationibus futurarum. Unde melancho-  
liæ, proposita vindictæ, dialogismi interni, vel  
etiam cum certis consciiis, æquè amarulentis, re-  
solutiones conditionatæ, parum sanæ. Hinc pro-  
posita, & designationes in futurum, prævisæ ex-  
cusationes, replicæ, rationes, imaginarii even-  
tus rerum, ex quibus tristitiæ, dejectiones men-  
tis, &c.

### 3. Ex Parte aliorum.

1. Rationes humanæ timentes, sperantes,  
differentes, dissimulantes, pudorem incutientes.  
2. Servitium alieno gustui, amori, timori, spei,  
commodo, (non propter Deum) impensum,  
tam commissivè, quàm omissivè. 3. Blanda tra-  
ctatio alieni delicti, dissimulatio, defensio. 4.  
Fuisse occasionem ut quis in spem amicitiaæ mea  
peccaverit, peccet, sperans à me præsidium, non  
timens reprehensionem, aut pœnam.

### 4. Ex Parte hujusmet Examinis.

1. An supra scripta vitaverim, & cur non?  
2. An super ea Examen statis temporibus fece-  
rim? 3. Quibus mediis præstare poteram, nec  
præstiti? 4. Quibus in posterum præstare pote-  
ro, & præstabo? 5. Designabo ordinem, tem-  
pora, vices, occasiones præstandi, & modos.  
6. Dolebo de negligentia præterita, eamque pu-  
niam.

niam. 7. Emendationem proponam. Emendationis gratiam à Deo, per merita Chriſti, preſioſiſſimæque Parentis, Sanctorum, petam.

*Ratio Examiniſ ſuper ea, quæ homo ſpiritualis, in ſua ordinaria vita proſequi, & facere debet.*

PUNCTUM I. & II. Conſueto more.

PUNCTUM III. Habebit Capita ſequentia.

I. *Ex Parte Dei.*

1. Fidelitas & ſinceritas agendi cum DEO, propter Deum, Divina, divinè, ſimulque aſſecuratio Dei quòd in nullo proſus, etiam occultâ, obliquâ, palliatâ commodi mei quæſitione, ſpiritualis, aut ſenſualis, independentiæ, libertatis, reputationis, delineationis, me quæſiverim, vel quæſiturus unquam ſim. 2. An captivato apud unicum Deum corde meo, cordisque affectibus, omnium creaturarum naſeam, & ſtadium procuraverim? 3. An agnoverim dominium Dei ſuper me, naturale, ſupernaturale, ordinis præſentis, obedientiale, meum ſpontaneum, emptitium, beneficiarium, eminentiale, atque Deo ſuper me, ex dignitate ejus debitum, ex eaque Domini cognitioni, me humillimè totaliter Deo ſubjecerim ſemper? 4. Reverentiam DEI in agendo cum ipſo, & coram ipſo, profundè reflexam, an tenuerim jugiter? & an devotè, res Dei, & cultum, & obſequium, voluntatemque ſpectantes, tractaverim? 5. An, & quàm frequens mea fuerit ad Deum, inter res agendas interque converſandum cum proximis converſio, & adhæſio, nec non ad Dei voluntatem reſignata, pura, reflexa, in omnem ſpeciem, circumſtantiamque parata intentio? 6. Quæ mea in peculiaribus

liaribus Dei de me dispositionibus quies, voluntatisque meae contentatio gustus, ratificatio? Illane Davidica? Quoniam Tu fecisti, Illane Christi Domini? ita Pater, quoniam sic placitum est ante Te. 7. Quam libertate cum Deo, cumque aliis propter Deum, usus sim, & utar? memor Divinae erga me liberalitatis; 8. Vigilantia super intimationes Divinae voluntatis, quas praesumitur Deus velle per instinctus, regulas, iussa Superiorum, monita, quae fuerit in me? 9. An arctam viam crucis (potius quam laxam sensus & liberalitatis) & humilitati Verbi Incarnati, semitam prefferim jugiter, dulciter, spontanea, etiam quaesitione, & accersitione? 10. Quam prompte toleraverim omne malum incidens, ex quacunque causa, persona, materia, occasione, circumstantia, propter Deum? 11. Quae mea adorandum aviditas, resolutio, frequentia, constantia? quae omnium Deo, & cum Deo communicatio? quae diffidentia mei, spes in auxilio, & certitudo auxilii Dei?

2. Ex Parte sui-ipsius.

1. An assidue supra naturam vigilaverim, eamque sublimare conatus fuerim? 2. An difficultates in rebus agendis subortas vicerim, ex quocunque tandem capite essent, naturae, personae, rei, circumstantiarum? 3. Inventio occasionis, & usus ejus ad vincendum me, etiam in minimis repugnantibus, pigritiis, nolitionibus, volitionis, an fuerint? 4. Abiectam mei opinionem an habuerim? quaesierim? dissimulante auxerim? an me viliter compellaverim? 5. An odio habuerim meum sensum, famam, libertatem, talenta? 6. An me in omnibus neglexerim, & ob-

& ob  
furan  
8. Qu  
id ter  
punc  
perer  
genti  
assue  
meis  
ad ali  
Deus  
plere  
com  
mult  
An r  
toler  
quan  
temp  
& an  
colle  
gula  
tural  
meir  
15. A  
audi  
Ego,  
16. A  
gesse  
dicia  
gent  
missa  
liber  
in ac  
Exp

& obliſci curaverim? 7. An omnia juxta menſuram habitus Gratiæ, virtutiſque peregerim. 8. Quot, & quos, & quàm heróice actus fecerim id temporis? 9. Minima obſervaverimne ad punctum? Præcipuè verò, an ordinaria, & ſupererogationis opera fecerim cum exactâ diligentiâ, abſque omni vitabili defectu? 10. An aſſueverim obedire temporibus communibus, & meis in puncto, tranſeundo ab occupatione una ad aliam, cùm tempus, vel ſignum, vel potiùs Deus vocat? 11. An familiare mihi fuerit ſupplere defectus quolibet, etiam inadvertenter commiſſos, actione, vel paſſione oppoſitâ, in multiplici etiam gradu ſuperativo defectûs? 12. An minimas mentis vel corporis moleſtiolas toleraverim? durare permiferim? ſaltem aliquamdiu, ſponte, & hilariter, & tacitè? 13. An temporis parcus fuerim, bonusque collocator? & an fures temporum ſocios, occupationes, colloctiones vitaverim? 14. An omnia, & ſingula, præviâ ratione, & quidem etiam ſupernaturali, ex electione, ex affectu ad Deum, cum meimet Sacrificio, aggreſſus fuerim, & fecerim? 15. An omnem ſermonem de rebus meis inferre, audire, vitaverim? & præſertim an ab uſu vocis, Ego, in ſenſu ejus complacitivo, abſtinuerim? 16. An firmum, elevatum, æquabilem animum geſſerim, contra cenſuras, linguas, calamos, judicia, incidentia, inſperata, triſtia, vel læta, urgentia, remota, certa, dubia, contra ſpem, promiſſa, vota, deſideria mea, inimica famæ, ſenſui, libertati meæ, authoritatique cum dominio mei in actionibus omnibus, & in omni fortuna? 17. Experimentalem guſtationem Paupertatis, confuſio-

fusionis, doloris, pœnalitatis, censurationis, an quotiesque quæsierim? aut saltem an promptè acceptaverim? cum desiderio amplioris, sine querelâ apud ullum, etiam amicissimum. 18. An de me meisque rebus formaverim iudicium, juxta conscientiam, quale in articulo mortis sperem me habiturum, quale Deus, de me habet?

3. *Ex Parte aliorum.*

1. An Christum in omni etiam minimo Superiore, Officialive agnoscam? 2. An zelo animarum practico arserim? 3. An alios in omnibus ædificaverim? 4. Quomodo cum aliis in omnibus processerim? 5. An molesta mihi in aliis toleraverim? 6. An defectus aliorum excusaverim misericorditer? salvo tamen officio.

A. M. D. G.

